



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 142. Caletum valido præsidio per Anglorum incuriam destitutum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

§. CXLII.

Sæcul. XVI.

A.C. 1557.

*Caletum valido præsidio per Anglorum
incuriam destitutum.*

Thuan. l.c.

Coacto demum exercitu, necnon Gui-
sio Duce eidem præposito consulta-
tum est, quo ducendæ viderentur co-
piæ, an ad ea, quæ proxima æstate a-
missa fuerant, recuperanda, vel ad no-
vam aliquam expeditionem id fieret:
cum vero Caleti expugnandi consilium
repeti, rumor spargeret, hinc Philip-
pus Rex exeunte hoc anno datis ad Re-
ginam conjugem suam literis significa-
bat, quod Galli hujus urbis obsidionem
moliri viderentur; ideo eidem ex suis
copiis nonnullas urbis præsidio impo-
nendas offerebat, cum hanc civitatem
valido milite destitutam nosset. Hoc
Philippi consilium Senatui proponeba-
tur: verum id nonnisi a Rege dolo fa-
ctum credebatur, ut præsidium augere
obtendens re ipsa Caletum suæ potestati
subjiceret. Nec id a vero multum ab-
ludere videbatur, quamvis Angli hunc
timorem nonnisi ex vana suspicione or-
tum existimarent, & Consiliarii, perin-
de acsi **constans**, & probata veritas sub-
effet, nullo pacto sibi persuadere pos-
sent, quod Gallis hanc urbem obsiden-
di animus effet, licet nec quarta, quæ ad
illius defensionem necessaria fuisset, mi-
litum,

Sæcul. XVI. litum, bellicique apparatus parte urbem
A.C. 1557. esse munitam scirent: hi ergo existimaf-
 se videntur, quod sola munitissimæ hu-
 jus urbis fama hostem longe ab ejus
 mœnibus arcere deberet: quapropter
 neglecto Philippi consilio nulla omni-
 no opis ferendæ cura adhibebatur,
 quamvis Wentvorthius, qui Caleti Gu-
 bernator erat, suppetias mitti vehemens
 urgeret.

§. CXLIII.

*Gallorum sententia de obsidenda hac
urbe.*

Belcar. l. 28. Ceterum Angli summa admiratione
 n. 2. defixi hærebant, cum Caleti obsidio-

Thuan. l. 20. nem a Gallis fuisse decretam nuntiare-
 tur: Attamen ad Gallici nominis fa-
 mam, regnique tutelam plurimum con-
 ferre videbatur, ne tam copiosus, ac o-
 ptime instructus exercitus sine celebris
 expeditionis molimine dimitteretur,
 quamvis ceteroquin permolesta hyemis
 asperitas obstare crederetur, præcipue
 cum haud consultum videretur, ut ur-
 bes nuper amissæ recuperarentur, eo-
 quod ea loca ab hoste jam munita, &
 milite, ac re omni necessaria abunde fir-
 mata essent, nec eundem animum in iis
 regionibus, in quibus recentis cladis
 vestigia ob oculos versabantur, militi
 fore appareret, quam si alio duceretur:
 itaque